Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



100

cause ipsi insepultus. rex iudeorum. Et cum eo
crucifigunt duos latrones. unum a dexteris.
et alium a sinistris eius. Et adimpleta est scriptura
quae dicit. Et cum iniquis reputatus est. Et p
tereuntes blasphemabant eum. mouentes ca
pita sua et dicentes. Vach. qui destruit tem
plum. et in tribus diebus aedificat. Salvum fac te
metipsum. descendens de cruce. Similiter
et summi sacerdotes ludentes ad alterutrum
cum scribis dicebant. Alios saluos fecit. se ipsum
non potest saluum facere. Xpe rex israel descen
dat nunc de cruce. ut videamus et credamus.
Et qui cum eo crucifixi erant. conuiciabantur
ei. Et facta hora sexta. tenebre facte sunt
per totam terram usque in horam nonam. Et hora nona.
ex clamauit ihe uoce magna dicens. Heli
loy. heloy. lemasabactani. Quod est interpretatum.
Deus meus. deus meus. ut quid dereliquisti
me. Et quidam de circumstantibus audientes
dicebant. Ecce helyam uocat. Currens autem
unus et implens spongiam aceto. circumpo